e-codices

VIIII	VI	IIII
VIIII	XV	XXV

Superbipartiens igitur ex conuerſis ſeſqualteris habitudo producta.
Quod ſi quis ad hanc ſpeculationem diligens ſcrutator accedat
ex ſeſquitertiis conuerſis ſuptripartientem produci. Caeteriſq; ſimilibus
uocabulis adaequatis. cunctas ex ſupparticularitate ſuperpartientes
ſpecies procreari mirabit. Ex non conuerſis autē ſupparticularib; ſed ita ut ex multiplici procreatis ſuꝑ
manentib; necesse ē multiplices ſuperparticulares creari. Ex manentib; uero ſuppartientib; ita ut ex ſuꝑ
particularib; prodier. nona||i niſi multiplices ſuperpartientes procreabunt. Sed de his quidem hactenus;
Diligentius enim in arithmeticis libris de hac comparatione eſt diſputatum. FINIT
REGULAE QUODLIBET CONTINUAS PROPORTIONES SUPER PARTICULARES INUENIRE
Sepe autem accidit ut tres ℓ quattuor uel quodlibet aequas ſupparticularium proportiones ᵭmu
ſica diſputator inquirat. Sed ne id caſu atq; inſcitia facientes error ullus difficultatis impediat
hac regula quodlibet aequas proportiones ex multiplicitate ducemus. Unusquisq; multiplex
ab unitate ſcilicet computatus tot ſuperparticulares habitudines ꝑcedit ſuae ſcilicet in contrariam
partem denominationis. quotus ipſe ab unitate diſceſſerit. hoc modo ut duplex ſeſqualteras antecedit
triplex. ſeſquitertias. quadruplex ſeſquiquartas; hacdeinceps in hunc modū ꝛ ſit igitur duplorum
terminorum ſubiecta diſcriptio

I	II	IIII	VIII	XVI
	III	VI	XII	XXIIII
		VIIII	XVIII	XXXVI
			XXVII	LIIII
				LXXXI

In ſuperiore igitur diſcriptione binarius primus
multiplex unum ad ſe tantum habet quod poſſit
facere ſeſqualteram proportionē. Ternarius uero
non habet cui ei poſſit ēē ſeſqualter quoniam medietate deficit
Rurſus quaternarius ſecundus; duplex hic duos ſeſqualteros
antecedit ſenarium & nouenarium qui medietate carent atq; idcirco
nullus ei in habitudine ſeſqualtera comparat; & in caeteris idem ē
tripli uero eodem modo ſeſquitertios creant. Sit enim ſimilis in tripla diſcriptio;

I	III	VIIII	XXVII	LXXXI
	IIII	XII	XXXVI	CVIII
		XVI	XLVIII	CXLIIII
			LXIIII	CXCII
				CCLVI

In ſuperiore igitur deſcriptione ſeſquitertias proportiones
tantas uidemus. ut primus triplex unum ſeſquiter
tium antecedat. ſecundus duos tertius tres ſeꝗq;
pars tertia in ultimo numero naturali quodam fine claudat.
Quod ſi quadruplum ſtatueris. eodem modo ſeſquiquartos inuenies.

Lizenz: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 54 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/de/sbe/0298/54)